



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

3. De vitio contra naturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

naturam commouet. Sicuti aduertunt S. Antonin. Nauarr. Graffis Sanch. Lessius, Filiuc. Layman. loco citato. Quod efficacius procedet, cum ex quadam animi leuitate, & curiositate, vanoque solatio fiunt. At cum mores hominum ita corrupti sint, & in venere procliuus timeri iuste potest ita verbis; nutibus, & gestibus turpibus excitandos esse in venere delectationem. Quapropter vt hæc excutentur probabiliter tibi constare debet abesse periculum.

Hinc inferunt representantes comœdías turpes, vel modo turpi componentes turpes cantiones, turpia pingentes, scribentes: peccatores mortaliter, quia vt plurimum sunt causæ multorum ruinæ; neque excusari possunt ex eo quod præfatam ruinam non intendant. Satis enim est quod illius sint causæ, quem ex charitate vitare tenebantur. Vt rectè docet. S. Antonin. 2. p. tit. 5. cap. 1. §. 8. Sanch. disp. 46. num. 42. & segg. Filiuc. q. 4. §. 6. Layman supra secus verò inquit præfati Doctores esse, si leuiter turpia sint, & remore tantum ad venere excitent. Vide dicta tract. 6. de Charitate disp. 6. pun. 12. Ad idem est si litteras amatorias miseris, ex quibus turpis amor vel excitandus, vel fouendus probabiliter præsumitur. Vti notauit Antonin. 2. p. tit. 5. c. 1. §. 8.

Choreæ verò publicæ inter mares, & feminas à mortali excusantur, nisi in loco sacro fiant cum speciali illius contemptu, vel cum periculo libidinem excitandi; aliòquodque graue præceptum transgrediendi. Quorum periculum in choreis quas rustici diebus festiuis post missam instituunt regulariter non intercedit, quin potius inde honestus amor excitatur, & matrimonii contrahendis via aperitur. Vti aduertit Filiuc. tract. 30. cap. 10. in fine.

15 Quoad audientes atinet prædicta, audiri, & videri possunt absque vlla culpa, si ob illorum cognitionem, & iudicium, aliumve honestum finem audiantur, & spectentur. Si autem ob delectationem captandam ex rebus turpibus, vel illius delectationis adit periculum, graue peccatum erit. Cum verò audiuntur ob animi vanum solatium ex artificioso, & exquisito modo, quo turpia representantur absque vterioris consensus periculo, culpam venialem non excedit. Sicuti hæc docet Sanch. aliis relatis, d. disput. 46. num. 37. & 41. Quod adeo verum est, vt etiam Clerici sint qui his comœdiis, & representationibus turpibus assistunt, non ob eam qualiteram mortalis peccati rei existunt; quia Textus cap. Clerici de vita, & honest. clericor. interdicens Clericis has representationes, loquitur de honestate, vt inquit Innocent ibi; de necessitate verò cum scandalum adesse, vt dixit Caietan. verbo Impudicitia. Quod scandalum plerunque cessat, cum passim Clerici abique villo peccati grauis serupulo his representationibus assistant, vt rectè aduertit Sanch. supra, & Filiuc. quest. 6. num. 212. Ex his colliges cum Sanch. disp. 46. num. 38. qualiter reus culpæ sis, si audiens turpia rideas, & lætitiæ signa ostendas. Etenim si hæc præstes, vt significes te in rebus narratis delectari, manifestum est esse peccatum mortale, quia complacentia, & approbatio exterior peccati mortalis, mortalis est: at si hæc præstes, vt significes tibi modum narranti placere (vti plerunque contingit) non excedit culpam venialem.

Quod si ex huiusmodi risu, & lætitiæ significatione narrans cum peccato mortali turpia, occasionem sumat persequendi narrationem mortiferam, lege Temperantiæ, vel Charitatis obligaris ab eo lætitiæ signo abstinere, nisi forte inde inurbanus habendus, aut hypochrisis vitio notandus, aut iocosis conuitiis exprobandus sis. Quinimò obligaris delinquentem corrigere, si spes subit correctionis.

Eadem proportione seruandæ dicendum est de legendis libros turpia continentes, præfari inquam posse absque villo peccato, si ob eorum iudicium, & examen, aliòquod rectum finem legantur. Si verò ob excitandam, vel fouendam ipsarum rerum turpium delectationem peccatum erit mortale, veniale tamen, si instituantur lectio ob vanam curiositatem, seu delectationem habendam, quæ ex artificioso, exquisitoque modo percipi potest; debet tamen periculum vterioris grauioris consensus abesse.

Supererat dicendum de tactibus, osculis, amplexibus, rursus loquela, eorumque auditione inter coniugatos, & sponfos de futuro. Sed de his actum est. tract. 28. de matr. disp. 3. p. 4. §. 2. & segg.

§. III.

De vitio contra naturam.

- 1 Qualiter hoc vitium contingat.
- 2 Probatur esse mortale peccatum.
- 3 Vt sit peccatum debet esse voluntaria pollutio.
- 4 Potes simplici affectu velle pollutionem naturaliter contingere, vel de illa gaudere ob rectum finem.
- 5 Seminis effusio naturaliter contingens si ex causa tibi vel alteri commoda extra luxuria genus contingens non est peccatum.
- 6 Si alium finem commodum non habeat, sed ad coitum referatur erit peccatum mortale, vel veniale pro qualitate causa.
- 7 Quod dictum est de pollutione dicendum est de diffinitione.

Vitium contra naturam est effusio seminis generi tioni obstantis. Natura namque concessit tum viro tum feminæ generationis potentiam ob humani generis propagationem. Quoties ergo hac potentia viro vel feminæ vitium generationis impediens, nature aduersatur, ac proinde vitium contra naturam committit.

Contingit autem multipliciter. Primum si te alteri cui animata specie diuersæ coniungas, nimirum si te coniungas cum equo, oue, capra, gallina, quod vitium bellialitas nuncupatur. Ad idem reducitur, si cum demone coeas tametsi sub humana forma, quia semper est coitus cum supposito specie diuerso, addit tamen hæc commixtio religiofitatis speciem. Secundò si coitum habeas cum persona eiusdem sexus, vt si viro viro, femina femine copuleris, quæ sodomia propriè dicitur, quia hoc fuit sodomorum peccatum. Fætor tamen nefandum feminæ cum femina commixtionem non esse propriè sodomiam, tametsi sit peccatum contra naturam, quia femina cum femina etiam pollui possunt, non tamen congregari, & copulari. Sicuti docuit Llamas in instr. conf. 3. p. cap. 8. §. 1. Emman. Saa, verbo Luxuria in fine edit. 2. Vnde Couarrua 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 2. 7. asserit si femina more vitæ feminam subigat non puniri ordinaria Solomoni præceptum. Tertio si cum persona diuersi sexus te commisceas in vultu tamen indebiti nimirum si vitæ præpuleris feminam agnoscas. Quod vitium placuit Fumo verbo Sodomia, & Emman. Saa, verbo Luxuria, num. 6. non esse propriè sodomiam, esse sit peccatum contra naturam. Neque penes litem Canonico, & Ciuili aduersus sodomitas indictas incurritur. Vti tradit Azor. 1. 3. lib. 3. cap. 20. §. 4. Filiuc. 2. tract. 30. cap. 8. q. 9. num. 158. tametsi contra sentit Couarrua, loc. citato, 4. tract. 28. tres modos peccandi mortalem malitiam continere indubitatum est apud Doctores ex Paulo ad Rom. 1. ad Galatas. 5. ad Ephes. Etenim cum Auctor naturæ sexum, & vas legitimum ad generationem instituerit; et huius institutionis peruersione, & abusu grauis generi humano, eiusque Authori iniuria interrogatur. Quis peccas contra naturam, si non serues modum debitum coeundi, vt supponas femina, illamque, auersè, à latere, illam sedens agnoscas, aut ante feminationem in coniugali congressum te rethahas, hæc enim omnia peccata mortalia sunt cum generatio impeditur. Secus si morale periculum habeat impedienda generationis. Vti communiter Doctores docent. S. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 20. §. 3. Syluest. verbo Debitum, num. 7. Caiet. q. 154. art. 1. §. ad 2. de modo. Nauarr. cap. 160. 4. 1. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 13. num. 89. Filiuc. tract. 30. cap. 8. §. 8. Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 4. num. 14. & alij. Quis contingit peccatum contra naturam, si extra coniugationem sexus diuersi, vasque naturalis voluntariè serues infundas, quod peccatum immunditia, impudicitia, & mulieritatis nuncupatur.

Esse autem mortale grauisimam colligitur ex Paulo 1. Corinth. 6. ad Ephes. 5. ad Galat. Rationem autem quare in nullo euentu intendi procurariue possit committitur Doctores assignant, quia peruerit finem ad quem à natura seminis effusio concessa est scilicet prolis generationem. Si enim fornicario quia obstat rectæ prolis educationi quam esse licita potest; à fortiori seminis effusio adque concubitu nunquam licita erit, cum prolis conceptio aduersetur.

Neque huic rationi obstant, quæ aduersus illam obicit Sanch. lib. 9. de matr. disp. 17. num. 16. nimirum generationi deseruire cum notabili salutis detrimento, nec dum cum vitæ periculo nemo obligatur etiam altero contingente. At ex retentione seminis æque frustratur generatio, ac ex seminis effusione extra concubitu. Ergo vitandum salutis detrimento effundi poterit. Secundò

licitum est ob salutem corporis tuendam fumere potio-
nem, qua semen in sanguinem conuertatur, vel resoluatur,
ac resolutio feminis aequè obstat generationi, ac illius
extra concubitus effusio. Ergo aequè licita erit. Tercio
licita est ob matris vitam cōseruandam expulsiō foetus non-
dum animati: Ergo à fortiori licetibi feminis expulsiō
ex quo foetus coalescit. Quarto non obstante generationis
sine sepe natura vt se exoneret semen effundat, ac illicitum
esse non potest iurare naturam in his quae ab ipsa natura
procedunt, quia est adiutorium in re honesta, & licita,
vtpote ab Authore naturae concessa, ergo. &c. Quinto ob
cōseruandam vitam licet manum, vel pedem abscindere.
Ergo licetibi semen effundere quod pars hominis est mi-
nus necessaria. Ob has rationes quae Sauch. *dicta disp. 17. nu-
mero 16.* vigentissimae visa sunt censet ipse non satis probari
multam voluntariae pollutionis ex eo quod finis gene-
rationis à natura intentus peruertatur, ideoque hanc ratio-
nem tanquam legitimam subiungit. Delectatio quae ex
feminis effusione suscipitur iam vehemens est, vt prudenter
timere possit, si in aliquo casu extra concubitus coniuga-
lem licitus concederetur fore ad alios casus extendendum.
Merito ergo Author naturae ob virammodi huiusmodi exten-
sionis periculum, emissionem feminis extra coniugalem
coitum pro omni euentu denegauit.

Ceterum est hæc ratio Sauch. verisimilis sit, ac inde
videtur conuinci feminis effusionem extra concubitus,
cum necessaria fuerit ad salutem corporis tuendam licitum
esse, spectat rerum naturam solumque iure positio Diuino
interdici ob periculum, ne ad alios casus minus vigentes
concessio extendatur. Quod certe admitteudum non est,
cum omnes Doctores firmet voluntariam feminis effusio-
nem: ita esse intrinsecè malam, vt nullo euentu eriam
ex dispensatione Dei licita esse possit. Quapropter susti-
nenda est ratio communis tanquam legitima. Et ad primi-
mam illius impugnationem respondeo nemini præceptum
esse generationi vacare cum propriè salutaris incommodo,
omnibus tamen est præceptum, ne materiam generationis
extra concubitus prodigant. Eodem modo respondeudum
est ad secundum nemini mandatum esse ne semen resoluatur,
quia nemini mandatum est generationi incumbere, cum
species hominis satis propagata est: ac omnibus est man-
datum ne semen effundat extra concubitus, quia illius
effusio ob solam speciem conseruationem conceditur. Ad
tertium dicere licere fore non nondum animatum expellere ne
mater moriatur, quia rationi consonum est ob vitam ma-
tris cōseruandam, foetus vitam impedire. Non autem est
licita voluntaria effusio feminis, quia hæc non spectat vi-
tam illius individui tantum quod ex semine illo gigni pos-
set, sed speciem conseruationem. Ad quartum concedo fas
esse iurare naturam in actione quam ipsa natura præstat, &
permittit voluntariam feminis effusionem, sed naturalem
& necessariam. Ad quintum admitto licitum esse manum,
vel pedem abscindere ob individui conseruationem, quia
manus, vel pes in bonum totius diriguntur, ac semen non
in bonum suppositi, sed in bonum speciei dirigunt, ideo-
que ob conseruationem suppositi eius effusio licita esse non
potest.

3. Vt autem hæc feminis effusio peccatum sit voluntaria
esse debet, nam absque voluntate peccatum esse non potest.
Quocirca si in somno, aut in vigilia absque tui voluntate,
& procuratore contingat, nullius culpæ te reum constitu-
it. Quod verum est, etio impedire possis, quia sola direc-
ta pollutionis volitio, illiusque procuratio tibi interdici-
tur, non autem illius permissio. Vt pluribus relatis docuit
Sauch. *lib. 9. de matr. disputat. 17. numero 17.* Paul. Laym.
lib. 3. sum. sect. 4. numero 17. Filliuc. *tract. 30. cap. 8. nu-
mero 147.*

4. Et eo autem quod simplici affectu velis, vt pollutio natu-
raliter contingat, aut de casu contingente gaudeas ob
corporis salutem, vel animæ tentationes sedandas non con-
uincis pollutionem in se tibi esse voluntariam, sed solum
quatenus causa est illius effectus, quod potius est velle effe-
ctum quam causam. Sicuti licitum est simplici affectu morte
tyranni desiderare, & de ea naturaliter contingente gaudere
ob Reipublice bonum, cum tamen illiciti sit priuato eam
morte procurare. Sic aliis relatis docuit Valq. *1. 2. disp. 115.
c. 1.* Sauch. *lib. 1. sum. c. 2. n. 18.* Filliuc. *c. 2. tract. 30. c. 8. q. 5.
n. 144.* Lestius *lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 105.* Paul. Laym. *lib. 3. sect.
4. n. 17.* tamen si consulti sit ab his affectibus abstinere, dede-
rent enim hominem purum, & castitatis amatorem vt bene
dixit Geson. *2. paper. tract. de pollut. diurna. proposit. 12.* Fil-
liuc. & Layman. *loc. alleg.* Nemo tamen licet velle etiã
affectu simplici pollutionem, aut de ea gaudere ob delecta-
tionem ex ea resultantem, quia est tacita pollutionis volun-
tas, cum sit voluntas delectationis à pollutione inseparabilis.
Vt rectè docuit Antonia. *2. part. tit. 6. capite 5. in
fine.* Adrian. *quest. 4. de Eucharist. Nauar. c. 16. Az. v.
tit. 1. lib. 6. cap. 6. quest. 6.* Laym. *lib. 3. sum. sect. 4. nume-
ro 147.* Ferd. de Castro, *op. de 147. l. 1.*

10 17. Filliuc. *tract. 30. c. 8. num. 148.* Lestius *dub. 14. nu-
mero 109.*

Porrò feminis effusio extra concubitus vulgò pollutio
nuncupata non solum directè, & in se voluntaria esse potest,
sed etiã indirectè, eo quod ex causa à te directè volita sub-
sequatur. Hæc autem causa in duplici est differentia, alia
est commoda tibi, vel alteri, altera nec tibi, nec alteri com-
moda, & hæc alia est extra luxuriæ genus, alia in genere
luxuriæ. Si ex causa tibi, vel alteri commoda præuideatur
subsequata pollutio, absque consensu periculum, nulla est
culpa ab ea causa non desistere. Quia pollutio non est mala
sicut homicidium, furtum, & adulterium, quippe sepe prouenit ex
materie necessitate absque vili voluntatis cooperatione, sed
in tantum mala est in quantum est intenta, & procurata. Ergo
cessante hac intentione, & procuratore, quam nullatenus
habere censetur ius suum prosequens nullam habet
malitiam. Quocirca non tenetis abstinere à cibo, & potu
moderato, ab equitatione conuenienti, ab accubatione in
lecto comodiori, ab studio rerum turpium, illarumque
confectione excipienda, quinimo ab oculis, amp. exibus, &
tactibus necessariis, tamen inde pollutio præuideatur sub-
sequata, quia censetur per accidens subsequi ex necessita-
te materie, hominisque tepetie. Sic tradunt D. Thom. *2. 2.
q. 154. ar. 5. in corp. Geson. 2. p. tract. de pollut. diurna. pro-
posit. 12. alphab. 38. lit. 1. Nauar. c. 16. n. 7. Emman. Saa.
verbo Luxuria. Valen. disp. 9. q. 3. p. 5. §. cum autem Valq. 1.
2. disp. 115. n. 8. Sauch. plures referens disp. 45. n. 4. Lestius.
lib. 4. c. 3. dub. 14. n. 97. Filliuc. §. 2. tract. 30. cap. 8. q. 7. n. 199.
Paul. Layman. lib. 3. sum. sect. 4. n. 16. & alij.*

Si autem pollutio proueniat ex causa secundum se vel ex
circumstantia illicita habere tamen alium finem com-
modum, vel vtilitatem, vt contingit in nimio somno, cibo, &
potu quibus natura alitur, neque sit intenta, peccatum mor-
tale non erit. Quod docuit Nauar. *c. 16. n. 8.* Sauch. *dicta
disp. 45. n. 17.* Valq. *1. 2. disp. 115. n. 9.* Suar. *3. p. t. 3. qu. 8. in
com. art. 7.* Lestius. *lib. 4. cap. 3. dub. 14. n. 100.* Toler. *lib. 5. c.
13.* Filliuc. *tract. 30. cap. 8. q. 6. n. 151.* Layman. *lib. 3. sect. 4. n.
16.* Etenim ea pollutio per accidens sequitur ex illis causis
vtpote quæ per se ad pollutionem excitandam non ordi-
nantur, ac proinde censetur potius ex virtute expulsiua natu-
rali prouenire quam ex causæ pollutione. Nihilominus veni-
nale peccatum contra castitatem esse existimo ab his cau-
sis non abstinere, quia virtute castitatis obligatis si com-
modè pollis remouere eam turpitudinem, ex qua corpus fœ-
datur, & animus turpibus cogitationibus agitari solet. Vt
rectè aliis relatis aduertit Sauch. *lib. 9. de matrim. disp. 45.
num. 22.* Lestius. *lib. 4. cap. 3. dub. 14. n. 100.* Laym. *lib. 3.
sum. sect. 4. num. 16.*

Quod si causa de qua pollutio subsequatur, alium si-
nem commodum non habeat, sed ad coitum, & pollutionem
referatur. Vt sunt tactus, oscula, & amplexus, causâ delecta-
tionis, vel vanæ curiositatis affirmandum est voluntariã
pollutionem esse, & peccatum mortale, si causa ex qua pol-
lutio subsequatur præuideatur, in materia luxuriæ mor-
talis fuerit. Secus verò si in se spectata venialis sit, & solum
ex fine, aut circumstantiã extrinsecã mortalis. Sicuti docuit
Caiet. *2. 2. q. 64. ar. 8.* Henric. *de matr. lib. 1. c. 16. nu. 6.*
Emman. Saa. *verbo Luxuria n. 9.* Sauch. *disp. 45. n. 9.* Lestius
lib. 3. c. 3. dub. 14. n. 102. Filliuc. *tract. 30. c. 8. q. 6. n. 152.* Laym.
lib. 3. sum. sect. 4. num. 16. c. 17. Etenim in materia luxuriæ,
causâ ex se mortalis in coitum, seu pollutionem notabiliter
influit. Ergo apponens voluntariã illam causam, pollutionem
voluntariã censetur apponere. Secus verò est de causa, quæ
in materia luxuriæ venialis fuerit, quia eo ipso censetur le-
uiter, & remotè ad pollutionem, seu coitum mouere. Non igitur
ex euentu pollutionis non intenta defumenda est gra-
uitas malitiæ causæ, sed potius ex malitiæ causæ per se spe-
ctatæ pollutionis grauitas, & malitiæ defumi debet. Quæ au-
tem causæ in materia luxuriæ peccatum sunt mortale, vel
veniale tantum, *superiori §. decisum est.*

Quod diximus de pollutione ferè idem dicendum est de
distillatione, quæ est effusio cuiusdam humoris proximi se-
mini generationi insufficientis. Hæc ergo si contingat absque
vili spirituum commotione, venereque delectatione culpâ
non constituit; ac intercedente venere delectatione, car-
nisque commotione graue peccatum est, si intendatur, vel in
causâ illius proxima, quia ea distillatio est quæ inchoata
pollutio grauem turpitudinem continens. Sic Sauch. *disp. 45.
n. 31.* Layman. *lib. 3. sum. sect. 4. n. 18.* Filliuc. *tract. 30. cap. 8.
qu. 6. n. 152.* Excipiuntur ab hac doctrina coniugatis quibus
ob coniugium licitum est causas notabiliter influentes in
pollutionem apponere, seclulo attamen pollutionis periculo,
sed non seclulo periculo distillationis vtpote ex qua ge-
neratio subsequi nequit. Sicuti aduertit Sauch. *suprà.* &
Laym. *n. 18.*

De delectatione morosa, qualiter peccatum mortale con-
stituat, præcipuè cum ex ea pollutio subsequatur late dictum
est *1. p. tract. 2. de peccatis. disp. 2. punct. 10.*

